et laudan differen prolongan et evaden Juris secum successoribus omnibus
eius remedijs Motionibus appellationibus earumque universis prose
quutionibus uti abrenuntiando huc et suorum successorum sub amissione
totius causae vocat luitionem damnorum terrestrium praedictorum quibus
solutis utique inscriptionibus tunc quo opus fuit satisfacere tenebitur et eius
posteri tenebuntur nulla terrestri praescriptione in praemissis omnibus obstante

Komarniczki alteri

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensibus praemisliensibus
Nobilis Michallo Czechdudzicz Komarnicki Recedendo
a suo proprio et competenti foro Juris vel eius ditioni secum successoribus
ac bonis suis generaliter omnibus hereditarijs que ad actum praesentis inscriptionis
attinet incorporan et subijcien sanus mente et corpore exactus publice
palam libere ac per expressum recognovit Quia Nobili Mathei Sta
chowicz Komarnicki et eius successoribus summam Centum Nonaginta
quatuor florenorum pecuniae monetae et numeri polonicae vere certi liquidi
mutui atque essentialis debiti tutur et est debitus Quamquidem summam
Centum Nonaginta quatuor florenorum pecuniae secum successoribus in bonis
suis generaliter omnibus hereditarijs obligat et inscribit Pro duabus
Rathis temporum infrascriptis Primam vero Ratam Viginti quatuor
florenorum pecuniae monetae et numeri polonicae pro die et festo Sanctorum Pe
tri et Pauli apostolorum proxime venturo Alteram vero Ratham
Centum Septuaginta florenorum pecuniae pro die et festo Conversionis
Sancti Pauli apostoli proxime et immediate venturo Sicut in Castro Prae
misliensi Coram officio et actis praesentibus Castrensibus praemisliensibus totaliter et plenarie
ad manus eiusdem Creditoris vel eius successorum dare et persolvere
eo vero Creditore absente vel eius successoribus realiter ac in effectu circa
officium et acta praesentia castrensia praemisliensia reponere et relinquere repositamque
et relictam ab eodem officio non ex fide iubere neque quovismodo
per se et subinitas quasvis personas arrestare sub vadio cuilibet

rathae correspondenti Quod vadium cuilibet rathae correspondens
in effectu solutionis cuiuslibet rathae pro temporibus supranomi
natis max eodem die et tempore solutioni destinatur nullo dicto cuius
vis indulti sine officio accedente virtute duntaxat praesentis inscriptionis in
summam essentialem et capitale debitum vocat primae Rathae Quadraginta
octo florenorum pecuniae secundae vero Trecentorum Quadraginta florenorum
pecuniae monetae et numeri polonicae convertetur ac converti debebit Hoc ergo
vadium seu vadia cum summis essentialibus iunctis cuilibet rathae cor
respondenti in bonis eiusdem recognoscentis generaliter omnibus hereditarijs
extendetur sive extendentur pariam ex nunc extenduntur Praeterea
supranominatus recognoscens secum successoribus in bonis suis generaliter
omnibus hereditarijs Praedicto Mathei Stachowicz Komarnicki et eius
posteris obligat et inscribit Praesentem inscriptionem ex his actis Castrensibus ad
acta Terrestria praemisliensia ante decursum unius anni transferre et trans
portare Et circa transportationem eiusdem inscriptionis Nobilem Maru
chnam consortem suam ultimam cum duobus amicis illius lineae paternae
proximioribus ad consentiendum super inscriptionem praesentem quo ad omnia
iura illius reformationis ac adiuvitalitia ac alia quaevis eam in bonis
praedictis mariti sui quolibet modo concernentia praestat ad acta
Terrestria praemisliensia personaliter statuere sub vadio Centum Nonaginta
quatuor florenorum pecuniae monetae et numeri polonicae in casu non completionis
praemissorum ad solvendum successoribus et transgredientibus Pro quaquidem
summa essentiali simul cum vadio iunctis cuilibet rathae correspondenti
tum vadio seu vadijs ex quacumque re et causa succubitur et sacrificandum
quibus supranominatus recognoscens cum successoribus suis Eidem Mathei
Stachowicz Komarnicki vel eius posteris citare permiserit tunc
recedendo a suo proprio et competenti foro Coram officio praesenti Castrensi
praemisliensi cuius se Castrensis praesentis respectu cum successoribus bonisque
suis omnibus quo ad respondendum inscriptionemque praesentis satisfaciendum
subijcit et incorporat semper in primo Citationis termino tanquam peremptorie

stare in reparare et loco rationis pro his omnibus pro quibus
citatus eius successores citati fuerint coram ipsa ab officio non recedens satisfa
cere contentaque in sententiis praedictis quibus opus fuit implere et ex quo
decretumque et omne iudicatum patitur et eius posti tenebuntur.
Terminum ipsum primum peremptorium et alias subsequentes causae
et causarum terminos nullis modis colloribus dilationibus ad quie
tationem munimen eiusdem vera vel simplici infirmitatibus actione
pro maiori tunc erationibus praescriptionibus suspensionibus praenistrium
et tertium marcarum, bello expeditione bellica incursu hostium aura
pestifera conventione generali et particulari adeo gratibus quibusvis impe
dimentis statutisque et constitutionibus laudatis et laudandis differen
prolongan et evaden. Ad decretisque quibusvis nullas motiones cum ap
pellationibus facien et interponen nec ad prosequendum easdem iudicem
et partem adeitandum ius secum successoribus omnibus iuris remediis uti abre
nunciando sue et suorum successorum sub amissione totius causae vel lui
tionis vadii seu vadiorum quo vel quibus solutis utique in sententiis praedictis
quibus opus fuit satisfacere tenebuntur et eius posti tenebuntur nulla tamen
praescriptione in praemissis omnibus obstante. Quod memoriali firmatum est.

Komarniczki recognitio

occone diuisionis inter Komarniczkie

Ad officium et acta praedicta Castrensis praemisliensis personaliter veniens Nobilis
Lesko Stachowicz Komarniczky unus ex diuisoribus per possessores
villarum Komarnicky et Wissne Wissoczkye ad diuidendam sor
tem Tudorowska electus publice recognouit Quia dum vi
gore in sententiis Castrensis praemisliensis cum ceteris diuisoribus per eosdem
possessores in fundum praedictum bonorum diuidendorum die in sententiis
praedicta assignata ad faciendam bonorum praedictorum sortis Tudo
rowska diuisionem conductus esset idem bonorum diuisioni
subiectorum possessores eiusmodi diuisionem libere admiserunt eiusmo

dique diuisionem duabus integris septimanis omnibus ultro permi
tentibus perfecerunt inter quamquidem diuisionem ac sortium emen
surum ubi ad demoliendam Nobilis Andrey Steczowicz du
dzicz Komarniczky, curiam ventum esset, fundusque in quo eadem
Curia sita est Nobilibus Iwan Michalko et Hriczko Dubczo
wiczom Petreszczetsom Komarniczkyem diuisione cessarat ad
petita ipsius Andrey dudzicz Komarniczky praedicti Michalko et
Hriczko Petreszczetsa ab eo areas unum Buczelinskye aliud
vero Pietrowayczino commutauerunt in ipsorumque respectu fundi curiae
ipsius acquieuerunt Verum tamen diuisio praedicta per id a parte Dudzi
czow non est impugnata quum eadem commutatio pro rato suscepta
esset Quae tamen postea diuisio ob inundationem fluuij propter laben
tis dicti Stryi bona diuidenda interfluentis finaliter in toto de
terminari non potuit Quod sic et non aliter se habere ipsique interfuisse
iterum atque iterum officio praedicto retulit.

Actum in castro Premi

sliensi feria secunda post dominicam Misericordiae proxima
Anno domini Millo Quingentesimo octuagesimo Quarto Coram 16/11.
Generosis Alberto Lutoslawsky Vladifero terrae Vicecapitaneo
et causarum officii Iudice Dobrogostio Zapolski notario ca
strensi Praemisliensi officio et actis presentibus.

Vstriczki Ill. Berezanski

Comparens personaliter coram officio et actis praedictis castrensis praemisliensis
Nobilis Iwan Demianowicz Vstriczky Recedendo a suo pro
prio foro, sive vero iurisdictioni secum successoribus ac bonis
suis generaliter omnibus hereditariis quoad actum praedictis in sententiis attinet
incorporando et subiciendo sanus mente et corpore ex causa publice
palam libere ac per expressum recognouit Quia Nobili Dmitr
Berezanski et eius successoribus summam Ducatorum octuaginta flo